Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

In Domo Pilati, hora 19. 20. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

ſus. *Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni in Mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Hora 15.

Non reſpondet accuſationibus. *Et cùm in multis accuſaretur, nihil reſpondit, ita vt miraretur Præſes vehementer.*

Hora 16.

In domo Herodis.

Luc. 23. Lætatur, ſibique congratulatur Herodes de viſo Chriſto. *Herodes viſo Ieſu, gauiſus eſt valdè.*

Hora 17.

Luc. 23. Non reſpondet curioſitati Herodis. *Interrogabat eum multis ſermonibus, & ipſe nihil illi reſpondebat.*

Hora 18.

Luc. 23. Sprerus, veſteque albâ indutus fuit. *Spreuit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte albâ, & remiſit ad Pilatum.*

Hora 19.

In domo Pilati.

Ioan. 18. Matth. 27. Marc. 15. Poſtpoſitus fuit Barabbæ. *Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Ieſum? Clamauerunt omnes, dicentes: non hunc, ſed Barabbam.*

Hora 20.

Ioan. 19. Fuit flagellatus. *Apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.*

Hora 21.

Coronatus fuit. *Plectentes coronam & ſpinis, impoſue-* *capiti eius.* — *Matth. 27.*

Hora 22.

In monte Caluariæ.

Fuit crucifixus. *Crucifixerunt eum, & latrones, vnum* *dextris & alterum à ſiniſtris.* — *Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.*

Hora 23.

Dixit ſeptem verba. 1. *Pater dimitte illis, quia neſci-* *quid faciunt.* 2. *Hodie mecum eris in paradiſo.* 3. *Matri ſuæ: Mulier, ecce Filius tuus. Deindè dixit* *diſcipulo: Ecce Mater tua.* 4. *Deus, Deus meus, vt quid* *reliquiſti me?* 5. *Sitio.* 6. *Conſummatum eſt.* 7. *Pa-* *in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Vel loco ſeptem verborum memoria recoles lanceam la- Chriſti confodientem. — *Locis iam cit.*

Hora 24.

Fuit ſepultus. *Et poſuerunt corpus Ieſu in monumento,* *quo nondùm quiſquàm poſitus erat.* — *Luc. 23.*

Quantùm ad praxin exercitii huius; aduertenda ſunt nonnulla puncta:

Primum eſt, hanc diſtributionem horarum ſolùm eſ- factam ſecundùm conſiderationem, & ordinem men-: etenim Chriſti Paſſio non eo modo diuiditur; quomodò legitur in Hiſtoria Euangelica.

Secundum punctum. Cum memoriâ myſteriorum actus coniungendi ſunt, vt ſunt: gratiarum actio, petitio puri ſanctique amoris, præterea actus ſpei, & Charitatis.

Tertium punctum. Perſeverantia in tàm ſancto exer-